



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Sacrorvm Ritvvm Et Caeremoniarvm

Vinitor, Gerlacus

Coloniae Agrippinae, 1656

Caput V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9459

neralibus Præfecti dirigendis Processionibus constituti ejusmodi per ministros suos Vicariis denuncient domatim, alio vè meliori modo, ne se excusare possint, si honestatem Christo debitam neglexerint.

Umbella Eucharistica adhibenda.

§. 5. Deputentur item primarii aliquot viri, pro portanda Umbella, sub qua Sacerdos cum Sacro-sancto Eucharistiæ Sacramento, Processionis ritu incedat. Quandoquæ enim in publicis Processionibus Sacro-sancta Eucharistia circumfertur, id nunquam posthac, nisi sub Umbella fiat, quam honestiores Parochiani deferant, & quam Pastores seu Vice-Pastores in qualibet Ecclesia, ubi deest, expensis Fabricæ, velex fidelium oblationibus, quamprimum sibi comparent.

Cæremon. Episc. lib. 2. cap. 33.

Eadem in delato SS. Sacramento ad infirmos, usque suscipienda.

§. 6. Similem honorem, quoties ad infirmos defertur, Sacro-sancto huic Sacramento optemus exhiberi, præsertim in civitatibus, oppidis, & pagis, in quibus frequentior est populus, & ædes sunt viciniore Ecclesiæ Parochiali. Quod ut facilius Pastores & Vice-Pastores exequantur, hortamur ipsos, ut in suis Ecclesiis Sanctissimi Sacramenti Sodalitum, cujus Sodales cæteris in pio hoc obsequio exemplo præluceant, curent erigendum. Quem in finem Quadraginta dierum Indulgentias iis, qui qualibet vice Umbellam detulerint, in Domino elargimur.

C A P U T V.

SS. Eucharistia, Reliquiæ & Statuæ.

§. 1. **M**aximoperè de decet Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, Sanctorum vè Reliquias, Imagines, aut Statuas in Pio.

iliani Henrici.

Processionibus
ros suos Vicaris
neliori modo, ne
tem Christo de-
riri aliquot viti,
a Sacerdos cum
ramento, Pro-
cunque enim in
sancta Eucharis-
posthac, nisi sub
ores Parochiani
i Vice-Pastores
expensis Fabri-
ous, quam pri-

ries ad infirmos
ramento opta-
vitatibus, oppi-
ntior est popu-
esiae Parochia-
Vice-Pastores
t in suis Eccle-
litium, cujus
quo exemplo
Quem in finem
tias iis, qui
int, in Domi-

Sanctissimum
tum, Sancto-
aut Statuas in
Pro-

Archiepiscopi Coloniensis De Processionibus. 17

Processionibus, aut Supplicationibus à perso-
nis currui vel equis insidentibus circumferri.
Quare ne quid in rerum Sanctissimarum re-
verentiam peccetur, sub trecentorum floreno-
rum aureorum Rhenensium, aliaque graviori
pœna arbitrio Nostro infligenda, prohibemus
omnibus & singulis Civitatis & Archidiœce-
sis Nostræ Abbatibus, Præpositis, Archidia-
conis, Decanis, Pastoribus, Vice-Pastoribus,
aliisque Ecclesiasticis quibuscunque, ne illo-
rum quisquam deinceps in ulla unquam Pro-
cessione, Supplicatione, aut Statione Sacro-
sanctam Eucharistiam, vel Sanctorum Reli-
quias, Imaginem, aut Statuam aliter, quàm pe-
des, nullo autem modo currui vel equo insi-
dens, deportet, seu à quocunque alio deporta-
ri permittat.

non en-
vel equis
devehendo.

§. 2. Ea propter ubicunque tam longi sunt
Processionum, vel Supplicationum circuitus,
seu Stationum distantia, ut Augustissimum
Eucharistiæ Sacramentum, aut Sanctorum
Reliquiæ, Imagines, vel Statuæ commodè à pe-
ditibus nequeant circumferri, vel etiam popu-
li pietas languescat, seu in itinere bibendi occa-
sio præbeatur, eos ita contrahi, ad brevius spa-
tium sub eadem pœna mandamus, ut omnis
offendiculi & reverentiæ minuendæ tollatur
ocasio, & viarum longitudine pietatis ardor
minimè refrigescat.

Proinde Via-
rum com-
pendium est
eligendum.

Suprà hoc tit. cap. 2. §. 2. & seq part. 1. tit. 10. cap. 3. §. 1.

C A P U T VI.

Si. I. **M**ultò verò magis Nobis displicent
comestiones, computationes,
tripudia, Choreæ, pulsatis tympanis, quæ occa-
sione

Choreæ
Comesta-
tiones. stre-
pitus profan-